

horrea? Habes parata horrea ventres pauperum, in quibus potes recondere tua bona, quæ te semper comitantur. Miser auarus pro suis bonis potius vult laborare, ac fatigari, quam illis æternam sibi requiem comparare. Tales enim tibi seruantur in caelis

32. Basil. Tertio. D. Basilii citatus. Destruam horrea mea, & maiora edificabo. At si hoc impleueris, nam quid destrues illud? Quid stultum quam infinitum laborare. Concedo tibi homo, quod vis, destrue horrea, alia ædifica pro congregandis fructibus hoc anno tibi natis; quæto modo, & prouenturo anno hæc horrea destrues, & alia ædificabis? Sic rego in perpetuo, ac continuo labore versaberis; hoc infelix sibi appetit, qui enim temporalibus dedicatur, nil aliud sibi comparat, nisi perpetuos labores, ac continuas fatigationes; unde pondera, quod cum esset in lectulo suo noctu quiescens, ad suos prouentus mentem coniecit, statim de labore, ac sudore cogitauit.

33. Zeno. Quarto. D. Zeno lib. 1. ferm. 14. Oculis patentibus, ait, cæcus dilatat horrea. Non attendit homo, vt fiant firmiora horrea, sed solum maiora, solum de amplitudine cogitat, non verò de stabilitate; verè cum iste vigilaret, & oculos apertos haberet, cæcus erat, quæ enim maior cæcitas hominis quam quæ solum molem corporis considerat, non verò virtutis præstantiam? solumque attendit ad corporis magnitudinem, non verò ad animi robur?

34. Quinto. Dicebat Auarus. Maiora faciam. Homo pecuniarum tenacissimus ad congregandos nouos fructus, habet apud se consiliū, vt horrea destruat, & noua ædificet; Auare, quæ nam est tua sapientia? Vt quod cogitas, perficias, magni pecuniarum sumptus sunt erogandi? Quomodo ergo tot pecunias vis profundere? Coniiciebat homo oculos ad maius lucrum ex coaceruandis fructibus, vbi autem homo spe maioris lucri allicitur, statim omnem nummum sumptum contemnit, vt maiora sibi comparet, ac acquirat.

35. Sexto. D. Ambrosius lib. de Naboth cap. 7. Infelix, ait, dum liberalitatis gratiam refugis, damna ædificationis resoluis. Magnos aurocorum sumptus determinat hic homo apud se facere in extruendis horreis, cui non potius ipsos vult elargiri in pauperes, ac egenos, vt liberalitatis gratia frigeat, & respicere, & æterna bona promereatur? Infelix, qui nec sui quid minimum volebat famelicis præbere, pro sua cupiditate, ac auaritia magnos ædificationis sumptus deglutit. Sic miseri mundiales pro Deo, ac virtute minimum dispendium fugiunt, pro sua verò cupiditate omnium bonorum iacturam libenter amplectuntur.

36. Indomita cupiditate instanter postulat populus ab Aaron, vt eis faciat idola, ac Deos; cui Aaron. Tollite in aures aureas de filiorum, ac filiarum vestrarum auribus, & afferete mihi. Exod. 32. n. 2. Statim subditur, quod sine vlla mora, ac relictatione vniuersi mandatum adimpleuerunt: fecitq; populus, qua iusserat deferens in aures ad Aaron. Valdè notum est in scriptura, quod Iudæi erant auarissimi, ac diuitiarum multum amatores; ideo Achan contra Dei mandatum furatus est de anathemate, ac spoliis Iericho regulâ aureâ. Iosue 7. n. 21. Deinde etiam notum est, quod mulieres inaurium sint cupidissimæ, & que in multa habeant æstimatione, præcipuè si aureæ existant? Quomodo ergo cum mulieres essent auarissimæ, ac sui ornatus multum studiosæ eas sibi auellunt?

37. Iosue 7. n. 21. Deinde etiam notum est, quod mulieres inaurium sint cupidissimæ, & que in multa habeant æstimatione, præcipuè si aureæ existant? Quomodo ergo cum mulieres essent auarissimæ, ac sui ornatus multum studiosæ eas sibi auellunt?

Ipsæ, & earum viri vehementi cupiditate petierant idola, vt ergo suæ cupiditati, ac vitiorum inservirent, illique satisfecerent, nulli suo pretiosissimo auro, nullique suo specioso cultui parcerent, sed omnia contemnunt, & pessundant, vt suum appetitum compleant. Lippom. In constituendis, ait, falsis Deorum cultibus liberalissimi sunt, qui alibi in instaurando, & conseruando Dei cultu sunt auarissimi & tenacissimi. Hæc est misera mundialiū conditio, quod pro voluptatibus comparandis, pro idolis fabricandis pro adimplendis cupiditatibus omnem sumptum deuorent. Proh dolor! similes Iudæis in hoc multi Christiani existunt, qui vt carnis voluptatibus satisfaciant, omnem suam pecuniam, ac suppellectilem largissime profundunt; At verò pro Christi amore, nec vnum assem pauperibus erogant. Subiicit idem citat. Author. Quotusquisq; Christianorum est, qui non in voluptates carnis, in superflua, & vana & populi auram captantia non censum omnem profundat, ac in pauperes Christi ne vile obolum erogare curat.

Luca 12. n. 19. Et dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.

VERSIONES.

Syriacus. Anima mea, sunt tibi bona plurima reposita in multos annos: requiesce, ede, bibe, oblectare.

Vatabl. Pagn. Comede, bibe, gaude. Clemens Alex. Bibe, lætare.

EXPOSITIO III.

T dicam anima mea. Postquam enim omnia bona mea, omnesque mei fructus iam nati congregati fuerint in horreis meis, tunc dicam animæ meæ; nō ait, dico, sed dicam, qui in præsentibus multis torquetur cogitationibus, defuturo, multa sibi pollicetur gaudia, quæ antequam adueniant, euanescent. Anima mea. Tolerus annotat. 37. Nouarin. existimant hic animam sumi pro ea hominis parte, in qua est ratio, & in hoc maxime apparet brutalitas huius diuitis, ea enim quæ sunt corporis, attribuit animæ. Tamen Ianfenius, Mald. Luc. Burg. Pæz in Cantic. Exod. Numer. 9. interpretantur pro ipso homine, seu eius vita, & est sensus; dicam mihi, seu vitæ meæ, & hoc maxime consonat cum phrasi Hebraica, anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Num. 21. num. 5. Defuncti sunt, qui querebant animam pueri. Matth. 2. n. 20. vt late explicauit to. 1. l. 2.

Anima. Est prosopopœia quædam, vt notat Clemens Alexandr. lib. 3. Stromat. Qua duæ personæ introducuntur, vna loquens cum alia, hæc autè cōpellatio valde familiaris est Hebræis, indicatque magnum affectum, quo homo ad aliud se ipsum excitat, & vrget. Hinc est illud Regij Vatis. Quare tristis es anima mea, Psalm. 41. 6. Benedic anima mea Dominum. Ex quo denotatur, quam vehementi cupiditatis, & auaritiæ affectu iste teneretur. Habes multa bona posita, seu reposita in horreis, vt illis fruaris. In

In annos plurimos. Quibus viuere possis. Requiesce, à labore; comede, bibe, epulare. Seu oblectate, seu delectate, per quod declarantur affectiones hominis libidinose, vt notat Theophylact. de his in questionibus.

QUESTIO VI.

Quare diues tam impudicè, multos annos vitæ sibi promittebat?

39. Bostreal. RESPONDET primò Titus Bostren. Quæ illa quoque, scilicet vita; tanquam reliqua huius nascientia, è terra decerperetur. Putabat Auarus suis diuitiis obsecutus, simul cum vbertate, ac multitudine fructuum, multitudinem annorum vitæ sibi concessam, vt illis fruere; error, qui diuites communiter apprehendit, vt præ sui superbia cogitent se fluctibus maris imperare, cum videant iniqui sua mala impunita, indeque in suis feceribus maxime securè se ingurgitant præsumentes omnia ad nutum euentura. Ecclesiastes 8. nam. 11. Quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore villo filij hominum perpetrant mala. Ex felici, ac copioso rerum euentu longissimâ, ac prosperam vitam sibi pollicebatur. Catena

Cat. Græca. Græca. Quoniam, ait, Dei prouidentiam propter immensam in tolerandis malis clementiam, non statim in improbos grassetur, nec penas illico scelerum expectat, idcirco vir nequam, quasi sit impune laturus peccandi sibi licentiam diuinus persuadet. Expende diuitius, persuadet. Secundo. D. Chryzologus iam datus ferm. 104. Erat in illo alter, quia ad eius penetratiam, iam Diabolus possessor intrauerat. In illa nocte homo arripendus, cur ergo instante morte, tanta erat mortis obliuio, tanquæ temporalium sollicitudo, multaque longæ vitæ excogitatio, erat in diuitis corde Diabolus, qui mortis memoriam è mente fugabat, totumque hominem in temporalibus implicabat, vt illum certissime perderet.

40. Chrysol. Diabolus mortem è mente fugat. Compone hunc diuitem auarum cum illo, de quo ait Ecclesiastes cap. 5. num. 18. Omni homini, cui dedi Deus diuitias, atque substantiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei. Non enim satis recordabitur dierum vite sue, eo quod Deus occupet delicias cor eius. Ecce hic diues nec est sollicitus de horreis destruis, ad ædificandis, nec recordatur dierum, ac annorum vitæ suæ, nec de longa vita curat, sed gaudet, & exultat in bonis suis; contra verò diues auarus totus anxius, & mæstus de suis bonis, quærens quid faciam? Ipsa rerum possessio torquet cor eius, & eum dormire non permittit, vt iam ex D. Ambrosio notauit, totusque intentus est ad fructus congregandos, nouisque ædificia extruenda, multumque de longæ vita cogitat. In annos multos. Vnde tanta hominum differentia? In hoc diuite auaro. Iam Diabolus possessor intrauerat. Vt ait Chryzolog. datus. At verò illo alio diuite Eccles. Eo quod Deus occupet in delitiis cor eius. In diuite auaro cum Diabolus esset in corde, inde illi infelix, ac mæsta de temporalibus perturbatio, multaque de præsentibus excogitatio, quæ cor hominis affligebant, ac dilacerabant; at in illo alio diuite cum Deus occupa ret cor eius, inde illi nulla de temporalibus huius vitæ excogitatio, nihil

41. Eccles. 5. Inter diuitias ubi est auaritia, regnat mæstitia; ubi autem Deus latet. Chryzolog. Syleneira in Euang. Tom. IV.

que nocitum, & infaustum eueniebat, sed inter ipsas affluentes diuitias maxime iucundabatur, ac lætabatur. Caietan. ibi. Ratio, ait, non recolendi huiusmodi mæsta submittitur, quia Deus testificatio est in læticia cordis eius. Quia Deus dando in corde diuitis iugem læticiam est tanquam præbens testimonium felicitatis ipsius diuitis.

42. August. Tertio. D. Augustin. lib. 50. homil. 48. O cecitas, ait, auari, vna nox ei supererat, & de multorum annorum vita cogitabat, nox ei vitam fugabat. Notatur magna hominis stultitia, & ignorantia, quod cum nullam habeant certitudinem vitæ cupiditate temporalium vitam, & lucrum sibi in futurum promittunt. Contra quos Iacobus Apostol. in sua Can. cap. 4. num. 13. Ecce nunc qui dicitis hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus. Qui ignoratis quid erit in crastino, & Paul. 1. Thess. 5. num. 3. Cum dixerint pax, & securitas tunc repentinus superueniet, interitus. Cum in multa securitate, ac tranquillitate videntur degere, tunc repentinus superueniet interitus, & discessus ex hac vita.

43. Pollicetur Angelus in persona Dei filium Abrahamo ex Sara nasciturum dicens: reuertens veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit filium uxorem tuam. Genes. 18. num. 10. Promittit Angelus, anno proxime venturo illo, eodemque die, eademque hora Saram filium habiturum, hoc tamen ait: vita comite. Id est, si Sara vixerit, ac superstes fuerit, vt explicant graues Auctores, inter quos Lippoman. ait: modo loquendi hominibus vsitato loquitur Angelus, si Sara ipsa annum vixerit. Ad quid Angelus loquitur sub illa conditione? Vita comite, si Sara vixerit, optime sciebat ille mulierem viuaturam; adeo incerta est vita humana, adeoque quilibet incertus de vita futura, ac de illius prædicatione subsequenti anno, quod Angelus, qui optime præcognoscebat ex Dei manifestatione, temporum articulum, de vita feminae agens. Modo loquendi hominibus vsitato loquitur. Non absolute, sed cum cautela, ac sub conditione, vita comite, si ipsa vixerit, ex quo fit documētum, vt nullus sibi multum promittat de vita futura.

44. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. Ex Græco communiter legitur. Piraterium est vita hominis. Piratæ sunt fures maris, qui sæpè cum maxime mercibus onusti sunt, tunc demerguntur, & nunquam in vno certo loco consistunt, sic & mortales in vita sua, cum magis videntur temporalibus repleti, tunc rapiuntur, eorumque vita nunquam in vno certo loco persistit, sed semper transmigrant velociter currit. Vnde ait D. Bonauent. lib. Pharet. cap. 46. Hoc ipsum nostrum viuere, transire est. Et sequenti cap. 47. ait; Iuniores, non refert, non dimunerantur anni, incertum est, quo te loco mors expectet.

QUESTIO VII.

Annotantur aliqui errores, in quos diues auarus in suis verbis incidit. Dicam anima meæ, &c.

45. Am ex dictis multi manifestantur errores, in quos hic miser auarus sit prolapsus. Solium

Vertical marginal notes on the left side of page 398, including 'Ca', 'Ba', 'A', 'C', 'E', 'N', 'I', 'S', 'P', 'L', 'C', 'I'.

Vertical marginal notes on the right side of page 398, including 'Caietan.', 'Vita presens incerta.', '1. Tess. 5.', '43.', 'Genes. 18.', 'Lippoman.', 'Nullus certus de vita duratura.', '44.', 'Iob. 7.', 'Vita presens migrans. Bonauent.', '45.'

Vertical marginal notes on the left side of page 399, including 'Theophyl.', 'Non pro Deo, sed pro sua voluptate pecuniam profundit homo. Lippoman.', '39. Bostreal.', 'Dives cum fructibus vitam sibi dicitur cogitabat. Ecclesiast. 8.', 'Cat. Græca.', '40. Chrysol. Diabolus mortem è mente fugat.', '41. Eccles. 5.', 'Inter diuitias ubi est auaritia, regnat mæstitia; ubi autem Deus latet.', 'Chryzolog.'



lūm verò præsentia verba discutimus. Dicam...

46. Gregor. Primus error: dicam anime mee; ad quod pulchre D. Gregor. lib. 15. Moral. cap. 11. Quid, ait, ad recondendum loca non sufficiunt, multiplicatus dives, quid faciat, ignorat. Cum anima sua, tanquam cum altero distincto loquitur dives, tanto affectu ad cibum, potum, ac epulas, & delicias rapiebatur, ut non sibi placeret, quod vnus esset, sed semetipsum multiplicare volebat, & ideo non tanquam vnus, sed vt multiplex, ac multiplicatus homo voluptuosus deliciis se ingurgitate cupiebat, indeque gulosus cum anima sua, quasi cum altero loquitur, eamque ad epulas inuitat, vt tanquam multiplicatus dives, seu tanquam duo homines comedit, & bibit.

47. Basil. Secundus error. Dicam anime mee requiesce, comede. D. Basiliius homil. 6. O verba stultissima, ait, o dementiam singularem, nam si porcinnam habuisses animam, quid aliud ipsi enunciare potuisses? Ita ne pecunius tu, ita bonorum anima ignarus, vt eam aptes carnalibus epulis, & quacunq; alius secessus recipit, anima destines? Animæ epulæ spirituales actus intellectus, & voluntatis, ita tamen spiritus grauabatur à corpore, vt quodammodo in illud præualeret, cumque prauo hominis affectu veluti in suam terrenam naturam corpus transmutaret, indeque gulosus iste, vt pulchre ait citatus Basiliius in Catena aurea. Tam improvidus est erga bona anima, vt escas corporeas anima adscribat. Tamque ignarus est suæ animæ conditionis, tamquam suis vitis à se alienus, vt eadem escas corpori, & animæ apponat, quasi anima sua, nihil supra corpus haberet, ac promde id, quod dicendum erat corpori, seu animalitati suæ. Vt ait Cardinalis Hugo, suæ dicit animæ, veluti eam tanquam quoddam brutum animal appetens.

48. Basil. Tertius error. D. Basiliius. Circumferebant, ait, iam cum illi, qui animam ab eo repetituri erant, ille tamen de edulsiis cum anima diserebat. Tam additus erat miser temporalibus bonis præsentibus, vt nihil præter ea æstimaret, vt nec ei in memoriam venirent animæ instantes futuræ penæ, solūmeus in temporalium dispositione occupabat.

49. Origens. Quartus error. Origenes homil. 12. in Ieremiam. Animaduertis, ait, quomodo ea etiam, & putet bona esse, que nulla sunt, dicens: dicam anime mee, habes multa bona reposita; frumentum, & vbertatem terrenorum fructuum esse arbitratus est bona, nesciens, quia vera bona non nascuntur in maledicta terra, sed in caelestibus regionibus. Hunc auarum diuina vox, vt insipientem arguit. Stulte hac nocte, &c. In quoniam apparet stultitia istius hominis? In eo sane, quod terrena munera, bona dicat, cum talia non existant, breui transeunt, multis calamitatibus, quibus corumpuntur, sunt spiritualia, que in æternum durant, & totum hominem replent.

50. Beda. Quintus error. Beda, non in eo reprehenditur, ait, quod terram coluerit, natosve ex ea fructus in horreis collegerit, sed quod omnem vitam suam fiduciam in ipsa abundantia rerum posuerit, fructusq; quos vberiores solito terra protulit, suos fructus, & sua bona computans, non pauperibus erogare studuerit iuxta imperium Domini. Luc 11. num. 41. Quod superest, date elemosinam. Maximè erat homo,

cum ait, anima mea habes, non enim illa bona, erant nota sibi soli, sed etiam, vt ea diuideret, ac dispergeret cum pauperibus, sed vt ait Carthusian. Auari malum in horreis bona sua putrescere, quam egentibus elargiri.

Sextus, ac multiplex error, & colluuius vitiorum. Ait auarus: Anima mea requiesce. Ecce sibi requiem promittebat in futurum, qui in præsentibus multis laboribus vexabatur. Et vnde iste gulosus sibi requiem promittebat? Ab vbertate fructuum, ac diuitiis, & frustra sane, nam diuitiæ, non requiem, sed solitudinem, ac anxietatem patriunt.

D. Bonau. Hugo. In diuitis verbis multa vitia adnotant. Cum ait: Requiesce, ecce negligentia, vel desidia. Comede. Gula. bibe, ebrietas. Epulare luxuria; nam pro epulare; legitur ex Græco. Obliterate, seu letare, quæ voces libidinem, ac luxuriam adsignificant, quod notauit Theophylact. clare enim Dominus, ait, per hoc, quod dicit letare, affectiones declarauit libidinosas, & intemperatas, que satietatem ciborum, & potum comitantur. Inperitas voces, quas saginatus diuitis stomachus eruclabatur, spurcitalque luxuriæ, quas tumens cibo, ac mero venter iactabat, diuina caelestis linguam patitur aperte referre, sed commune, ac generale quoddam verbum, ad libidinem luxuriæ designandam apponit, epulare, obliterare, seu letare, vt veluti quoddam inuoluto limpiditatem petulantium verborum declinat.

Ad diuitem gulosum redeamus, qui totus se deliciis ingurgitare cupiebat, ac illius vox cum iniquis erat. Sapient. 2. num. 8. Vno pretioso nos impleamus. Coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra: nemo nostrum exors sit luxuria nostra. Vbiq; relinquamus signa letitiæ. Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, &c. Nota ad rem nostram. Vbiq; relinquamus signa letitiæ. Idest luxuria. Valde mirum, quod impij tam delitiose viuentes, rosis, ac vnguento pretioso, in tantam crudelitatem deueniant, vt dicant. Opprimamus pauperem iustum. D. Augustinus legit. Occidamus. Alij ex Græco cum Lorino. In potestatem nostram redigamus, alij eorum bona diripiamus. Vnde isti tam impij, & scelerati euaserunt, vt omnes pauperes, iustos, viduas, veteranos velint occidere, captiuare, & illorum bona furripere. Nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra. Cum luxuriæ se se committerent; exinde in omnem nequitiam semetiplos præcipitarunt. D. Augustinus ferm. 146. de tempore. Ex hac autem enumeratione libidinum, & purvedinum, videte, in qua facinora, & in quam inmania scelera profilitur, omnia horrenda facinora, que timentur in sceleratis hominibus videte de qua labe confurgant, quid mollius, quam illa luxuria, quid dirius, quam ista crudelitas? Expende illud, omnia horrenda, que timentur in sceleratis. Quod ex luxuriæ labe pullulent, & nascantur; cum ergo diues auarus luxuriæ irritamento teneretur, non mirum quod tantis vitis illaqueatus sit, vt inhumanus, stolidus, ac improvidus de salute animæ euaderet, vt eam tanquam corpus suum appenderet.

Ait Paulus 1. Corinth. 6. num. 18. Qui fornicatur in corpus suum peccat. Fornicatus in animam peccat, vt extra dubiū est, cur ergo tantū commemoratur ab Apostolo, quod in corpus peccet? Sic in homine luxurioso eius vitis anima cõpimitur,

Auarus vitis vt bona putrescant. Carthus.

51.

52. Hugo. Bonauent. Græcus. Theophyl.

Voces immundas luxuriæ, non refert lingua pura.

53.

Sapient. 2.

August. Græcus. Lotin. Vbi luxuria, ibi omnis iniquitas.

August.

54.

Luxuriosus animam, vt corpus reputat. Ambros.

Luc. 12. n. 20. Dixit autem illi Deus: stulte hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erit?

VERSIONES.

Syriacus. Expers rationis, hac nocte animam tuam repetunt abs te: & quæ parasti, cuiusnam futura sunt?

D. August. ho. mil. 4. 8. ex lib. 50. homil. Orig. 27. Num

D. Cyprian. de Expostulatur anima tua. Orat. Dom.

D. Iren. aduer. Expostulabunt animam har. lib. 3. c. 4. tuam.

Tertull lib 4. Hac nocte animam tuam contr. Marc. repositent. cap. 28.

D. Valeri. ho. Hac nocte anima tua requiretur.

Theoph. Euth. Cui cedent?

Paginus. Cui erunt?

EXPOSITIO IV.



Dixit autem illi Deus. Diues in lectulo suo secum loquebatur, & verba eius, vt ait D. Basiliius in celo examinabantur, nihil indiscussum coram Deo est, sed de omnibus reddenda est ratio. Dixit illi Deus. Beda existimat, quod non aliter ei dixerit, nisi ipso mortis facto. Tamen cum hac sententia perit vis illius verbi. Dixit, vnde D. Augustinus lib. 2. de ferm. Dom. in monte, existimat quod Deus ei dixerit, vel per se, vel per Angelum, vel per Prophetam aliquem. Aptissime tamen Euthym. Deus hæc ei dixit, inquit, per conscientiam: tunc enim conscientia mortem sentiens talia disserit. Ecce conscientia vox, stulte, qui in consilio tuo sapiens videbaris, nunc te esse stultum deprehenderis in hac nocte, in qua de horreis amplificandis cogitabas; Animam tuam. Allusio est ad superiora verba: Anima mea habes multa bona.

Repetunt à te. Phrasia Hebraica est: pro anima, seu vita tua repetitur, seu auferretur à te. In quo multa sunt notanda. Primò D. Chryostomus in Carena D. Thomæ: Expostebant eam terribiles quedam virtutes. Hugo, exactores, Lyranus, demones, & quid terribilius, quam in terribiles virtutes, ac demones exactores incidere? Secundò. Non dixit Deus: Repeto, quia sua clementia in Sylueira in Euang. Tom. IV.

55.

Basiliius.

Beda.

August.

Euthym.

Conscientia stultitiam peccatorum indicat.

56.

Chrysoft.

Hugo.

Lyran.

dignum iudicabat, supplicia exercere, sed repetunt, quia exercenda ministris relinquebat. Tertio. Non dicitur: Morietis, vel auferent animam tuam Sed repetent. Nam repetere, vt ait Calepinus idem valet, ac quod meum est exigere, seu reposcere. Et ideo hoc verbo communiter vtitur, vt notat Valasquez ad Philipp. cap. 2. ann. 9. num. 9. Quando res alicui debito obstricta, seu oppignorata exigitur, indeque in præsentibus hoc verbum punitur, vt significetur, ait Monochius, animam alicui esse iuris, & nobis esse potius commodatam, quam datam; deinde etiam denotatur, quod anima tot peccatorum nexibus obligata, eorumque penis obstricta iusto Dei iudicio ab eo exquiratur, vt ipsas penas in inferno in æternum soluat. Quarto repetendi verbo vtitur, vt inuatur, ait Theophylactus, quod auaro reluctante, ac etiam inuito vapore propter vitæ præsentis immodicum amorem, obulante. Angeli tributorum exactores animam illius repetent. Quintò. Dicitur de præsentibus repetunt, & non de futuro repetent, quod ad speciem magis conuenire videbatur, vt intimaretur auaro, ait Maldonat. quod mors ad eum erat illi propinqua, vt iam præsens esse videretur.

Deus per se nõ exquirunt supplicia.

Calepin.

Valasq.

Monoch.

Theophyl.

Mors vt iam præsens.

Maldonat.

QUESTIO VIII.

Quare diues potius stulti nomine, quam alio nuncupatur?

RESPONDET primò D. Basiliius cit. homil. 6. Ipsi æternis cruciatibus maior est stultitia nota. Et postea: Audi miser te dignam appellationem quam nullus hominum, sed ipse Dominus indicauit: stulte, hac nocte animam tuam abs te repetent: superat æternam penam, vrisio ista stultitia. Diues apud se multum gloriabatur, vt ait D. Augustinus statim citandus, in consilio à se inuenit de nouis horreis extruendis, non ab alio, nisi ab ipomet Deo stultus nuncupatur, cum ad inferni penam demergitur, & qui tantum de sua sapientia gloriabatur, grauior, ac rigidior illi exitit stultitia nota, quam incendij gehennalis penæ. Ipsi æternis cruciatibus maior stultitia nota.

Secundò. D. Augustinus ferm. 19. de verbis Apostoli: Cum se prudentissimum, ait, consilium inuenisse arbitraretur, de apothecis veteribus arguistis deiciens, & amplioribus nouis adificandis, & omnibus suis fructibus colligendis, & recondendis; ait illi Deus; stulte, vbi tibi sapiens videris, ibi stulte, &c. Et postea subdit: Non sic Deus dicit: Stulte, quomodo homo dicit; tale in quemquam Dei verbum, iudicium est, nunquid Deus stultus daturus est regnum celorum? In quibus duo docet sanctus Doctor, Primò. Existimat diues se prudentissimum consilium inuenisse de horreis ædificandis, sic fallitur humana sapientia, quod ibi in magnam stultitiam est prolapsus, & qui sapere videbatur apud diuites Dei sententia stultus declaratur. Vbi sapiens videris, ibi stulte. Secundò, quòd cum ex Dei ore stultus dicitur, ibi eius damnationis sententia proditur, non enim stultis datur regnum celorum, Vnde reprobat à Deo dicuntur stulti. Iob 5. num. 3. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius, Psalm. 91. num. 7. Vt insipiens non cognoscat, & stultus non intelliget hæc, Iesai. 19. n. 13. Stulti facti sunt principes Taneos, Ierem. 4. num. 22. Stultus populus meus me non cognouit.

57.

Basil.

Stultitia nota grauior, quam penæ inferni diuinit.

August.

58.

August.

Vbi præsumitur sapiens, ibi stultus.

Stultus exclusus à regno Dei. Iob 5.

Psalm. 91. Iesai. 19. Ierem. 4.

LL 3

Tertio.